

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De verbo mirifico

Reuchlin, Johannes

[Basel], nach 21. Apr. 1494

Praefatio

[urn:nbn:de:bsz:31-272239](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-272239)

PRAEFATIO

IOANNIS REVCHLIN PHORCENSIS IN LIBROS
CAPNION VEL DE VERBO MIRIFICO PRAEFATIO.

Erunt arcanarū curiosi quidā exploratores camerarie Dalburgi: anti-
r ftes Vangionū sacratissime: quos & recōditæ uerboꝝ uires: & abstru-
sæ uocum energiæ: & diuini secretorū nominū characteres sollicitat:
ætate nostra (quātum uidere mihi recte uideor) nō parum secedere
ab antiquissimis principū philosophoꝝ uestigijs deprehendunt: & circa mira-
bilium effectuum plenissimas mysteriorū operationes: sæpe multumq; aberrare:
hac potissimum de causa qđ uel caduca figurarū obscuritate obliterata uel
deprauatione librorū peruersa & mendosa: ea sacræ illius philosophiæ sym-
bola: & ueneranda supnaturaliū uirtutū signacula: nedūm intelligi: sed nec legi
queant. Quare tedio pleriq; ac inertī frustra defatigatione affecti: tam lauda-
bile cōtemplandi genus: uel horrendo fugiunt: uel negligendo iandiu cōceptū
deserūt. Vnde ductus ego incredibili quodā gratificandi studio: & nimis amo-
re singulari: erga omnis bonæ artis columen: egregium Ioannē lapidanū theo-
logiæ doctorem: tam monastica Cartusiensiū uita q̄ editione libroꝝ insignem:
atq; primū cuius ferulæ manus subdiderim in exercitijs humanioribus in-
stituendus. Addam adhuc & utriusq; iuriscōsultissimū & politioribus litteris or-
natissimū uirum antiqua mihi obseruatum amicitia Sebastianū Brant argenti-
nensem: Et item ingenio præstantem & miro characterum artificio nobilem ac
uarijs disciplinis eruditum Ioannem Amorbacchiū: Vtroq; in hominū doctissi-
morum litteraria republica clarissimos: ut nescias fama ne gestorum: an ciuitate
illustriores. Sunt enim nō mediocri Basileæ inter summos ciues laude. Tan-
torū igitur uirorum motus ingēti amicitia uinculo: tantas ausus sum tenebras
& tam obfuscata sacratorum: imo secretorum uerboꝝ latibula ingredi: & quasi
de adytis oraculorū & uetustissimæ philosophiæ penetralibus: exponere no-
stro sæculo quātum nobis memoria suppetit: Vniuersa ferme nomina: quibus
superiōri ætate sapientes homines & miraculosis operationib⁹ præditi utebant
in sacris: siue pythagorica fuerint & uetustiorum philosophorū sacramēta: siue
hebræorum chaldeorūq; barbara memoracula: seu christianorū deuota suppli-
cia: quæ de illorū libris atq; linguis: in hoc opere prompta cernere licet. Quod
iccirco nomini tuo dedicauim⁹: quoniā sacra sacris debentur: & maxime sacer-
dotia sacerdotū principibus: quali tu dignitate cæteris ante stas: non solum ob
magnitudinē ditionis atq; potentia: cuius tu cumulatissime diues es: uerū etiā
propter inenarrabilem uariarum litterarum peritiā: cuius testis est bibliotheca
illa tua: latinis: græcis & hebraicis uoluminibus referta: Vn⁹ germaniæ nostræ
thesaurus quo sum uti solitus semper pro animi mei sententia. Trium igit⁹ phi-
losophoꝝ: de Verbo mirifico: disputationē accipe: quos inter se (ut sectarū cō-
trouersia cogere debuit) altercantes finxi: quo magis elucescat occulta sacroꝝ
nominū proprietates. De quibus & de tot numero atq; tantis: unum tandem su-
preme quidem mirificum beatificūq; nobis eligendi facili⁹ præstet occasio.
Et ut breui argumento rem omnē cognoscas: Sidonius de schola Epicuri ptu-
mū putatus: deinde inuentus in nullius uerba iurasse: omnifariā philosophus:
cupiditate discendi peregre proficisci: post mltā ingressus Sueuiam: philoso-
phos duos in oppido Phorcen cōuenit: Baruchiam hebræum: & Capnionem
christianū: cum quibus de uarijs disciplinis: atq; mox de ipsa diuinæ & huma-
narum rerum scientia disserit: de opinione: de fide: de miraculis: de uirtutibus
uerborum & figuraꝝ: de arcanis opationibus & mysterijs signaculorum. Hoc
modo uniuersarū gentium: quæ aliqua excellenti polleant philosophia: aut nō

Io. lapidan.

Seb. Brant

Io. Amorbach.

Argumenti tit.
de V^o mirifico